DVBIA PHYSIOLOGICA.

I.

Utero *ſtructuram muſcularem* denegat praeter Cel. WALTERVM, etiam Cel. BLVMENBACHIVS. An autem et *natura muſcularis* deneganda eſt? Vix crediderim. Ad explicandam enim uteri in partu actionem, ſecundum antagoniſmi leges compoſitam, neque ſuffecerit ad arterias appellaſſe, neque forte ad vitam propriam.

2.

Caeterum, quid fibra muſcularis? Illi demum, qui hoc problema ſolverit, datum fuerit, de ſtructura uteri muſculoſa controverſiam componere.

3.

Pollutiones nocturnas homini, tanquam praerogativam, conceſſas eſſe, ut a ſeminis abundantia liberetur, vix ac ne vix quidem mihi probabile.


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007